

Scimus. et hanc veniam petimusque damus que vicissim;  
**Sed non ut placidis cœant immittia, non ut**  
 Serpentes avibus geminauntur, tigribus agni.

Incepitis gravibus plerumque et magna professis  
 Purpureus, late qui splendeat, unus et alter  
 Assuitur panus, quum lucus **et** ara Dianæ,  
 Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,  
 Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus :  
 Sed nunc non erat his locus. Et fortasse cupressum  
 Scis simulare ; quid hoc, si fractis enatat exspes  
 Navibus, ære dato qui pingitur ? Amphora cœpit  
 Institui : currente rotâ, cur urceus exit ?  
 Denique sit quodvis simplex duntaxat et unum.

(V. 1-23)

2. DU TON QUI CONVIENT A LA TRAGEDIE ET  
 A LA COMEDIE.

Versibus exponi trajicis r̄es comica non vult :  
 Indignatur item privatis ac prope socco  
 Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.  
 Singula quæque locum teneant sortita decenter  
 Interdum tamen vocem et comœdia tollit,  
 Iratusque Chremes tumido delitigat ore ;  
 Et trajicus plerumque dolet sermone pédestri :